Nos Johannes de Sprowa Iudex et Zawissius de Oleschnicza Subiudex Terre Sandomiriensis quibus ...
sis inspiciendis fore notum quibus expedit presencium per tenorem Nam providi viri videlicet Con-
sules antiqui et moderni de Wyelicza quemadmodum fuerant citati ad presenciam Regiemagistralis
in Novamcivitatem per Nobilem Michaelem longum Advocatum ipsorum ibidem de Wyelicza
pro eo quod pro forum liberum super vendendis carnibus ibidem in Wyelicza per ipsos institucionem
efferacionem et proclamacionem contra privilegium ipsius asserendo quod illa de iure facere non haben-
tes et in octingentis marcis ipsum dampnificassent Tandem cum Iudicio Regiemagistralis
eidem presidebamus cum aliis duobus pro tunc magistratibus in assessorum nobis adiunctis Consules me-
morati contra et adversus Michaelem eundem coram nobis inposuerunt se privilegio Regali
mi domini Regis moderni quod predictum forum super vendicione libera carnium ibidem in Wyelicza
de voluntate ipsius domini Regis instituerunt efferunt et proclamarunt Circa quod tunc privilegium
et eius tenorem ad voluntatem domini mi Regis Consules antedictos remisimus et partes eorum
nominibus nostra diffinitiva Sentencia mediante Quibus in testimonium nostra presentibus Sigilla
sunt appensa Actum et datum in Novacivitate Korczyn feria sexta in octava Assumpcionis
Marie Virginis circa nostrum Regale colloquium generale Anno domini Millesimo quadringentesimo
vicesimonono presentibus hiis dominis Dobeslao Woynicensi Stanislao Palatino Jaschone Che-
chovensi Stanislao Wrzecensi Castellanis Paulo Iudice Jacussio Subiudice Cracoviensi
et aliis multis fide dignis

N. 64

pro libero for-
carnium

Scriptum iam
habetur in donato
folio 145